

Albrecht Joachim Krakevitz von

Programma Qvo Univers. Rostoch. Pro-Rector Albertus Joachimus von Krakevitz/ S. S. Theol. D. & Profess. Duc. Prim. ... Festum Angelorum Civibus Academicis ... Exercitus Angelorum Jacobo Partiarchæ qvondam visos devotionis ergo meditandos sistit

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1716?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003520251>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1716. Michaelis.

~~M. 1256.~~^{147.}

PROGRAMMA

Mich 77/16

Qvo

Univers. Rostoch. PRO-RECTOR

ALBERTUS JOACHIMUS von Gratevitz/

S. S. Theol. D. & Profess. Duc. Prim. Facultatis
sua Senior hodieqve Decanus, Consistorii Ducal.
Confil. & per Distr. Meckl. Superint.

FESTUM AN-
GELORUM

Civibus Academicis

Pie ac devote celebrandum commendat
iisdemqve

Exercitus Angelorum Jacobo Pa-
triarchæ quondam visos
devotionis ergo meditandos sinit.



ROSTOCHII,

Typis Joh. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.

M-1256 147



Ngens providentiæ Divinæ circa

Jacobum Patriarcham occupatæ indicium fuit, quod ipsi ex Mesopotamia in Patriam revertenti occurrerint Angeli DEI Gen. XXXII, 2. 3. siqve non pauci, sed adeo frequentes, ut iis visis Jacobus dicere habuerit: *מחנה אלהים זה* *Castra DEI hæc.* Textum integrum *Joh. Adamus Osiander* intr. Exegetas neutiqvam postremus, adjecta exegeti, sic illustravit. Jacob autem *latus* abiit itinere, *secundum viam suam*, quod, quam, cœperat. fueruntqve ei obviam, *vere & realiter in forma visibili*, Angeli DEI, ut de divino presidio ex illis presentibus magis confirmaretur. Quos cum vidisset, ait gaudio exultans: *Castra, exercitus DEI sunt hæc, hic est in forma alicujus probe dispositi exercitus: & appellavit ideo nomen loci illius Mahanaim, in duali h. e. dua acies vel bina castra, quia Angelorum pars dextrum altera vero sinistrum claudebat latus Jacobi, i. e. castra.* Non prima hæc fuit visio, quæ Jacobo contigit, siqviam dem capite vigesimo octavo v. 12. & sq. legimus, virum hunc pietatis studiosissimum in somnio vidisse scalam super terram erectam, cujus caput in cœlum usqve pertigit, in qua Angeli DEI ascenderunt & descenderunt. Id vero quod hanc visionem memorabilem reddebat, erat, quod ipse JEHOVAH consisteret supra scalam illam, diceretqve: *Ego sum JEHOVAH Deus Abrahami patris tui & Deus Israhel, terram, super qua tu cubas, tibi dabo & semini tuo, Erit namqve semen tuum, sicut pulvis terra, expandetqve se versus occidentem, & versus orientem, & versus septentrionem, & versus meridiem, benedicenturqve in te omnes familia terra, & in semine tuo. Præterea ecce, ego ero tecum, custodiam te in omni loco, quo abiveris; reducamqve te ad terram hanc: Quia non deseram te, usque dum fecero, quod locutus sum tibi.* Quæ hic promissa legitimus suis neqvayam destituebantur impletionibus, prouti in sequentibus Geneleos capitibus abunde docetur. Interim cum in ipsa adhuc esset Mesopotamia, non minus benignissime & gratiosissime

hujus

huic Jacobo apparuit Dominus, & quidem Filius DEI; qui cum
praludere vellet futura sua incarnationi, prouti veteres loqui con-
 siveverunt, nomen & formam Angeli DEI assumpsit Gen. XXXI,
 II. & post alia etiam hunc in modum verba fecit: *Ego sum*
DEus ille Bethelis, ubi unxisti statuam, ubi etiam vovisti mihi
votum; jam ergo surge, exi e terra hac & revertere ad terram
cognationis tuae v. 13. Erat itaque piensissimus Patriarcha in via
 sua, quam ipso Domino iubente ad reduendum in Patriam su-
 am ingressus fuerat, cum ipsi apparerent castra Angelorum, de
 quibus praesenti hoc in programme nobis agendum erit; Pro-
 inde Moses, qui haec delineavit historiam, omnium primo
 commemorat Jacobum abiisse *via sua*. Potest quidem quaecun-
 que via, quam homo ambulat, via ipsius vocari; at scopus
 tales eleguntur viae, quae ipsius divino ex beneplacito vocari
 minime possunt. Jacobus autem talem elegerat viam, quam ipse
 Spiritus Sanctus iusserat & approbaverat, unde sensu em-
 phatico dicitur: *Jacob abiit via sua.* Er wandelte in sei-
 nem Veruff / er gieng auff seinem Wege / welchen
 GOTT selber ihm befohlen hatte. Et in hac via sua
vidit Angelos Dei, non per visionem quandam internam, ut
 Cajetanus vult; nam licet in fonte legatur וַיִּפְגְּעוּ quae
 verba Cajetanus transtulit: *& occurrerunt in eo*; notum tamen
 est, quod praefixum וַיִּפְגְּעוּ quandoque etiam tertii casus nota sit,
 vid. *Glossius in Phil. S. L. IV. Tr. I. pag. m. 864.* ubi hanc
 habet regulam: *Praefixum וַיִּפְגְּעוּ quandoque Dativo, quandoque*
Accusativo casui exprimendo inservit, ex peculiari verborum
quorundam Constructione. Accedit, quod verbum וַיִּפְגְּעוּ ordi-
 narie construatur cum praepositione וַיִּפְגְּעוּ & הָאֵלֹהִים vid. *Buxtorffius*
in Lexico pag. 596. Potius visio haec fuit externa, qualis et-
 iam legitur 2. Reg. VI, 17. cum enim magnus exercitus Regis Sy-
 niae circumdedisset urbem Dothan & Elisa cum ministro suo mane
 surrexisset ad exuendum, hunc quidem exclamasse legimus: *Ab*
Domine mi, quomodo geremus nos! Verum testatur sacra pa-
 gina, quod Elisa ad illum dixerit: *Ne timeo, quia multi*
 X 2 *sunt*

sant, qui nobiscum, pra iis, qui cum illis. Insuper oravit E-
 lisa, dixitque: Jehovah, aperi, quaso, oculos ejus, ut videat.
 Aperuit ergo Jehovah oculos pueri viditque: cum ecce mons ple-
 nus equis & curribus ignis, circa Elisam. Qui equi & currus
 nulli alii fuerunt quam צהרן castra DEI I, exerci-
 tus Angelorum Elisam cum ministro suo protegentes. Idem
 praesidium quoque necessarium erat Jacobo Patriarcha. Vix u-
 num superaverat periculum a Labane Socero suo sibi creatum,
 vid. Gen. XXXI. & novum jam iam instare metuebat. Re-
 cordabatur, quod frater suus Esavus olim mortem ipsi minatus
 fuisset; jam redeundum erat ad fratrem huncce, animo dubio
 ac incerto: An ille suam mutasset mentem, an vero antiquo
 adhuc flagraret odio; accedebat, quod metus hicce mox au-
 gendus per nuncios, qui annuntiaturi essent: Fratrem Esavum
 Jacobo obviam ire & quadringentos viros cum ipso. Obfirm-
 andus itaque erat Jacobo animus & quasi communiendus, ne deficeret
 aut dubitaret de promissionibus divinis sibi olim factis. Et ecce,
 cum abiret via sua, occurrerunt ipsi Angeli DEI, quos cum vi-
 deret laetus exclamavit: *Castra DEI hac!* Quia a Jacobo vo-
 cantur castra, Theologi nostri recte colligunt, quod angeli ei
 apparuerint in forma equitum quasi acie dispositorum, sicut &
 Elisae & tempore nativitate Christi visa est multitudo caelestis
 militiae Luc. II, 13. vid. *Fridlibius in Theol. Exeg. in quaestioni-*
bus ad h. l. Ast mirum, quod exercitu hoc viso non trepidave-
 rit Jacobus! Unde quaso scivit hunc non venisse ad terrorem
 ipsi incutiendum sed potius ad protegendum ipsum? Unde co-
 gnovit exercitum hunc ex meris constare Angelis & castra esse
 ipsius DEI? Responiones suppeditat *Luthernus in Expol. h. l.* quae
 habentur T. IX. Op. Alt. p. 1000. *Das ist aber eine grosse*
und wunderliche Weisheit/dass Jacob die Engel/so ihur
begegnet sind/erkennen und nennen kan Gottes Heere/
oder unsers Herrns Gottes Krieger-Volck / hat denn
Gott hie auf Erden Krieger-Volck? Jacob nennet
warlich alle Engel also. Und diesen Verstand hat er
von

von Laban seinem Schweher nicht gehabt/der ein gott-
 loser Gößen-Diener war/und hatte solche hohe himmlische
 Dinge nicht gelehret / sondern wie droben gesaget
 ist/solch Bekänntniß ist von den Vätern immer von ei-
 nem auf den andern kommen. Denn Abraham hat
 den Noah gesehen länger denn 50. Jahr/Sem aber hat
 auch nach dem Abraham gelebet/und denselben haben
 zwar Isaac und Jacob gesehen und gehört/der ist ein
 grosser Lehrer / ein Prophet und Priester des Höch-
 sten gewesen / der diese Lehre vom Enos/der Adams
 Kindes Kind gewesen ist / genommen hat. Diß sind
 die rechten Lehrer und Zuhörer gewesen/die diese Leh-
 re bewahret/und dieselbige bey denen Nachkommen
 ausgebreitet haben / und ist auch zugleich mit dazu
 kommen die Erfahrung und Trübsahl. Und Ja-
 cob hats nicht allein von denen Vätern gelernet/
 sondern die Erfahrung hats ihn auch gelehret / er
 hat die Engel sehen auff. und niedersteigen. Item
 in Mesopotamia bey seinem Schweher hat er im
 Traum einen Engel gesehen und gehört / und an
 diesem Ort siehet er nun die Heere und Heerschaa-
 ren der Engel ꝛc. Præterea dicere possemus, accessisse di-
 vinitatem quendam convictionem, ex qua certissimus esse potuit,
 hunc exercitum nullum alium esse quam Angelicum s. castra
 ipsius DEL. An vero unus tantum Jacobo visus fuerit Ange-
 lorum exercitus, an duo apparuerint celestium Spirituum ca-
 stra; inter eruditos disquiritur. Ansam huic quaestioni dedit,
 quod Jacobus, viso hoc exercitu, locum, in quo apparuit, in
 duali numero vocaverit צְבָאוֹת. Doctissimus Lightfootus in
 Tr Erubhim Cap XLIII. sic suam aperuit mentem. *Vocabu-
 lum duale est, loquiturque de duobus exercitibus, & non pluri-
 bus; qui quid sint, judai pro solita sua libertate, invenerunt*
- exposita

expositiones admirabiles. Ut illas omnes omittam, hac mihi vera
 esse videtur, & rationem habere denominationis. Habebat Ja-
 cob itineris comites, quos infra appellat exercitum suum. Et e-
 rat quoque multitudo Angelorum, quam appellat exercitum
 DEI. Hi dico exercitus fuerunt, unde loco nomen Machanaim
 petiit, alter celestis, terrestris alter. &c. Ab hac sententia
 non alienus est B. nofter Varenius, quando Dec IX. Loc. IX.
 in Libr. Gen. scribit: Hinc loco nomen Machanaim, i. e.
 מַחֲנַיִם שְׁנֵי מַחֲנֵי duo castra, unum Jacobeum, alterum Angeli-
 sum. Licet vero dissentiat B. Calovius in Bibl. III. ad h. l.
 communi explicationi adhærens, fatetur tamen Seb. Schmidius
 in Annot. h. l. sententiam de binis castris, unis Jacobi, alteris
 DEI, sibi magis arridere, sed in sequenti sensu: Jacobus in via
 cum suis castris pergebat: cum subito apparuit (hoc vult verbum
 Hebraicum פָּגַע quod occurrere vertitur) exercitus s. castra Dei,
 ut bina videret castra: Quam rem binorum castrorum ille ve-
 hementer admiratus, intellexit quidem una castra esse castra Dei,
 quia tamen per miraculum pro unis suis vidit bina castra, voca-
 vit nomen loci Machanaim h. e. bina castra, quod in eo pro u-
 nis bina vidisset. Nil certe obstat. Facile me ad suam pertra-
 heret sententiam incomparabilis Exegeta, si Jacobus quampri-
 mum vidit Angelos, præ admiratione exclamasset, זֶה מַחֲנֵי
 duo, adsunt castra; at hoc non legitur in textu, sed prima Ja-
 cobi vox hæc fuit אֵלֶּיךָ אֵלֹהִים מַחֲנֵי אֵלֶּיךָ castra Dei hæc: Cum
 vero probabile sit, castra hæc postea divisa, ut Jacobus ab u-
 troque latere iis stipatus in medio incederet, sicque bina vide-
 ret celestium Spirituum castra; hinc probabile quoque est à bi-
 nis hisce castris loco huic nomen fuisse inditum. Pro hac ex-
 positione stitit suo quoque tempore B. Dannhauerus in Lact.
 Catech. P. IV. Conc. VII. pag. 74. sic mentem suam exprimens:
 Die Engel sprich ich / erscheinen dem lieben Jacob
 als Castra duo, als zwee Heer-Lager oder Krieges-
 Heer / welches das Wörtlein Mahanaim andeutet/der-
 gleichen haben etliche aus dem Wort (פַּגַּע כֹּן) es
 beegne.

begegnete ihm) schließen wollen als sey dieses Heer
so hergezogen / wie in der Welt / wenn etwa ein
Fürst das Geleit hält / und die reisende Personen
und Mess-Leute/durch sein Land convoyret/ dann löst
alsdann das ander Geleit / von dem Ort / da die
reisenden Leut hingedencken / ab / und hohlen sie von
den vorigen Gränzen zu sich heim: Also sey auch
der Schutz-Engel Mesopotamia Jacob begegnet/und
habe mit seinem Heer oder Parthey ihn begleitet
bis an die Cananäische Gränze: Da sey ihm der
Schutz-Engel Cananää entgegen gekommen mit
seinem Heer/ihn vollends heim zu begleiten. Es wil
sich aber diese Phantasia mit der Historie nicht rei-
men / denn es wird von beyden Heeren zugleich ver-
meldet/ sie seyn dem Patriarchen Jacob aufgestos-
sen ohne Abwechslung und Gränz-Etheilung. Viel-
mehr haben sie sich in zwey Flügel abgethetlet/ und
haben Jacob in die Mitten gefast / und also wahr
gemacht / was David auff dem Psalter gespielet
und gesungen: Der Engel des HERRN lagert
sich um die Her/ so ihn fürchten/ und hilfft ih-
nen aus.

Quamvis autem hac ratione Jacobus de Angelo-
rum praesidio certissimus esset, observatione tamen non indi-
gnum, quod deinceps, cum de fratre sibi obviam fiente nunti-
um accipisset, nihilominus caute & circumspecte egerit, popu-
lum suum, qui cum ipso erat, dividendo, & gregem & ar-
mentum, & camelos in bina castra distribuendo, ut unis castris
forte ab Esavo percussis, altera essent in evasione. Praeterea
ex v. 10. & sq. apparet, quod precibus sui suorumque salutem
& conservationem DEO commendare nequaquam cessaverit.
Quae omnia piis huicque festivitati accommodatis meditationibus
aniam

ausam præbere possunt uberrimam. Omnium vero primo imitã-
ri decet exemplum Jacobi via sua incedentis. Qui suam derelin-
quit viam ab ipso DEO sibi præscriptam, gravissimis se exponit,
periculis, qui vero eadem constanter incedit, certissimus esse po-
test, DEum fidelissimum & probatissimum esse itineris sui Ducem,
qui non educit tantum sed reducit quoque sibi confidentes; qui
Angelorum suorum quoque præsidio communit omnes viis suis ar-
cte insistentes. Ita quippe agitur à Spiritu S. Regius Psalter quem-
cunque credentem alloquitur Ps. XCI, 11. 12. *Angelis suis præcepit*
de te ad custodiendum te NB. in omnibus viis tuis, qui super ma-
nibus portabunt te, ne forte impingas in lapidem pedem tuum. No-
vit hoc quam optime communis idemque infensissimus noster
adversarius, Diabolus; hinc cum Christum tentaret, eandem à viis
suis abducere conabatur Matth. IV, 6. sollicitans ipsum, ut se de-
orsum mitteret è pinnula templi; adducens quidem persuasionis
ergo locum modo allegatum ex Ps. XCI. frivole autem omittens
verba illa: *In omnibus viis tuis.* Hoc itaque nobis incumbit quam
maxime, ut vias nostras, quibus ambulamus, quotidie scrutemur,
an eo modo nostræ dici queant, quo supra expositum est. Emer-
git inde ac emanat solatium præstantissimum; siquidem idem ad-
huc hodie mundum gubernat DEus, qui quondam exercitum suum
coelestem in tutelam & præsidium dedit Jacobo, quique promisit,
quod angelus Domini castra metaturus sit circa timentes ipsum. Ab-
sit tamen, ut propterea omnem in viis nostris seponere velimus cir-
cumspectionem aut negligere regulam illam Paulinam Ephesii C.
V, 15. 16. præscriptam: *Videte, quomodo accurate ambuletis, non*
ut insipientes sed ut sapientes, & redimite tempus, quia dies mali
sunt. Præprimis vero divinas promissiones curæ habeamus cordi-
que quam maxime, illas meditemur assidue, illisque freti salutem,
nostram DEO commendemus plena cum cordis fiducia. Sic
DEus nos liberabit ab omni malo, nosque in Patriam no-
stram introducet gloriosissime.

P. P. Sub Sigillo Univ. Rostoch, ipso Angelorum Feste
Anno MDCCXVI.

Begegnete ihm) schliessen wollen als sey diese
so hergezogen / wie in der Welt / wenn etw
Fürst das Geleit hält / und die reisende Pe
und Mes-Leute/durch sein Land convoyret/ dan
alsdann das ander Geleit / von dem Ort/
reisenden Leut hingedencken / ab / und hohlen s
den vorigen Gränzen zu sich heim: Also sei
der Schutz-Engel Mesopotamia Jacob begegne
habe mit seinem Heer oder Parthey ihn be
bis an die Cananäische Gränze: Da sey ihn
Schutz-Engel Cananää entgegen gekomme
seinem Heer/ihn vollends heim zu begleiten.
sich aber diese Phantasia mit der Historie nit
men / denn es wird von beyden Heeren zugleic
meldet/ sie seyn dem Patriarchen Jacob auff
sen ohne Abwechselung und Grantz Theilung.
mehr haben sie sich in zwey Flügel abgethetel
haben Jacob in die Mitten gefast / und also
gemacht / was David auff dem Psalter get
und gesungen: Der Engel des HERRN lo
sich um die her/ so ihn fürchten/ und hilff
nen aus. *Quamvis autem hac ratione Jacobus de A
rum praesidio certissimus esset, observatione tamen non
gnum, quod deinceps, cum de fratre sibi obviam fiente
um accipisset, nihilominus caute & circumspecte egerit,
lum suum, qui cum ipso erat, dividendo, & gregem
mentum, & camelos in bina castra distribuendo, ut unis
forte ab Esavo percussis, altera essent in evasionem. Pra
ex v. 10. & sq. apparet, quod precibus sui suorumque sa
& conservationem DEO commendare nequaquam cessa
Qz omnia piis huicque festivitati accommodatis meditati*

